



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 17. An ille teneatur, qui dubitat, an sit efficaciter cooperatus damno.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

causa efficax totius damni , sed tantum damni horum quinque , quod erat divisibile à danno reliquorum, ita Mol. d. 736. n. 2. Bonac. de Restit. d. 1. q. 2. p. 7. Lef. n. 6. Lugo n. 4.

*Q. 16. Ad quid teneatur Confessarius temere de-
obligans pœnitentem à restituzione. Rz. Hoc resolve-
tur de Pœnit. c. 2. dub. 6.*

*Q. 17. An etiam ille teneatur restituere, qui du-
bitat, an efficaciter sit cooperatus danno. Rz. Hoc di-
cendum n. 574.*

D V B I V M III.

*An supradicti teneantur singuli restituere in
solidum, & quo ordine.*

REsp. Cùm plures damnificantes, vel seorsim⁵²
singuli rem suam agere possint, vel conjun-⁵²
ctim, atque alii aliis plus minusve in damnum⁵²
influere, hinc ex tali ordine & mensura influxus⁵²
ordo & mensura restitutionis desumenda est.⁵²
Ita comm. Doct. Unde resolvet,

I. Si plures absque consensu, quisque per se⁵²
seorsim, & casu concurrant ad damnum, singuli⁵²
non plus tenentur restituere, quàm quod quis-⁵²
que per se damni intulit. Lay. l. 3. tr. 2. c. 6. ⁵²

II. Si plures cum consensu, & invicem juvan-⁵²
tes, id fecerunt, singuli in solidum tenentur re-⁵²
stituere totum damnum, quia singuli sunt cau-⁵²
sa totius damni , cùm unus juvet alterum , &⁵²
procedat ex confidentia, quam habet in auxilio⁵²
aliorum: Unde si unus eorum restitutionem fe-⁵²
cit , potest à reliquis, nimirum à principalium to-⁵²
tum;